



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Stella Mystica

Bonald, François

Coloniae, 1607

De coecitate quam paßiones in animabus nostris causant, & ratione illas moderandi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10014

MALA NOSTRA PELLE,

De cecitate quam passionibus in animabus nostris causant, & ratione illas moderandi.

CONSIDERATIO.



VIDAM cernentes hominum passiones & affectiones nonnunquam ita violentas esse, ut eas frenare atque comprimere non posse videantur, tacite Deum accusant, quod hominem tam multis imperfectionibus circumdatum condiderit: sed illos sacrarum literarum ignorantia ad impias hasce cogitationes adducit; quæ docent Deum creasse hominem rectum, hoc est, bene constitutum & temperatum in seipso: passiones vero ad virtutis exercitium requisitas, ita tum per naturam, tum per originalis iustitiæ donum compositas, ei dedisse, ut sine vlla contradictione ac difficultate rationis imperio parerent. Quare tum homo nauigabat quasi
aere

Quorundam
hominum
impie cogitationes.
Eccl. 7.

aere sereno ac tranquillo, nullis tē-
 pestatibus aut procellis inordina-
 tarum passionum agitatus. At post- *Origo inor-*
 eaquam per inobedientiam diuinæ *dinationis*
 legis transgressor factus est, tum o- *passionum*
 riginalis iustitiæ dono spoliatus,
 tum natura illius immutata est: tum
 inordinatus amor sui: gloriæ & ho-
 noris immoderatus appetitus: in-
 satiabilis habendi cupiditas: effra-
 nata carnis concupiscentia cum cæ-
 teris sibi confœderatis tā horredas
 procellas & tempestates contra ho-
 minem excitarunt, vt in magna tur-
 batione atque confusione vitam a-
 geret.

Omnia mala hæc primis paren-
 tibus nostris propter inobedientiæ
 peccatum euenerunt: quibus &
 nos obnoxij sumus, qui ab eadem
 radice originem ducimus. Hanc
 nobis hēreditatem genitores nostri
 reliquerunt.

Sed vtinam nos hæc mala per
 peccata propria non auxissemus! *Per peccata*
 li causa fuerunt nobis peccati ori- *actualia in-*
 ginalis; at nos multa actualia pecca- *ordinatio*
passionum

ta commissimus, atque hac ratione
nostrarum passionum immoderati-
one amplificauimus: & innume-
ram malorum habituum & peruer-
sarum inclinationum turbam ac-
quisiuius.

*In nobismet
ipso turbati-
onum om-
nium causas
circumferi-
mus.*

Quamobrem rectè affirmare pos-
sumus, nos cum in nostra nauigati-
one tempestatibus ac procellis agi-
tamur & quatimur, causas earum
in nobismetipsis circumferre, mala
namque forinsecus nobis aduenien-
tia, non sunt nostra sed eorum qui
nobis iniuriam faciunt: at passiones
turbulentæ, tempestatesq; quas ex-
citant, nostra sunt mala & effectus
peccatorum nostrorum.

Quid igitur faciendum nobis est
vt hanc passionum immoderatio-
nem, tempestatum omnium nos iac-
tatum causam tollamus? Fieri nõ
potest vt omnino suffocentur &
extinguantur: sed moderandæ ac
rationis imperio subiiciendæ sunt:
hoc cum factum fuerit, non mo-
dò nihil nocebunt, sed etiam ad be-
nè agen-

ne agendum nobis auxiliabuntur.

Modi autem quibus hoc effici possit varij sunt. Primus est ad B. Virginis opem confugere atque illam pro horum malorum omnium liberatione rogare.

Modus passionum moderandi.

Secundus est, Passionibus fortiter resistere, illas alacri animo mortificare, atque vim nobismetipsis inferre, iuxta S. Pauli Apostoli consilium dicentis: *Mortificate*

Coloss. e. 3.

membra vestra que sunt supra terram. Si enim, ut idem alibi ait: secundum carnem vixeritis, hoc est, si passionibus & inordinatis affectionibus vestris obtemperaueritis, moriemini: Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. S. Paulus hoc verbo docuit & opere impleuit: nam de seipso ita scribit: *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum aliis predicauerim, ipse reprobus efficiar,*

Et quia amor inordinatus nostri ipsorum has in nobis passiones excitat, illi præcipuè bellum erit indicendum. testatur id Saluator:

† † Qui

1060.12.

Qui amat, inquit, animam suam perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam. Loquebatur autem de sancto quodam odio sui: per quod homo inordinatis affectionibus suis reluctatur, atque illas rationis iugum subire compellit.

Sacramen-
tum Eucha-
ristiae cibus
est & me-
dicina.

Est & tertius modus, passiones moderandi ac refrænandi: nimirum frequens Sacramenti Eucharistiae usus. Hoc enim Sacramentum simul est cibus, & medicina. cibus quia nutrit, & confortat animam: medicina, quia sanat eam, & in sanitate conseruat. Suffragatur huic S.

S. Bernard.
serm. de cae-
na Domini.

Bernardus. Si quis vestrum, ait, non tam saepe modo, non tam acerbos sentit iracundiae motus, inuidiae, luxuria, aut ceterorum huiusmodi, gratias agat corpori & sanguini Domini; quia virtus Sacramenti operatur in eo: & gaudeat quod pessimum vlcus accedat ad sanitatem.

Eccles. 18.

Et Ecclesiasticus: Nonne ardorem, inquit, refrigerabit ros? Quasi diceret, Vtique. Quis autem ros effica-

CIUS

cuius concupiscentiarum ardores refrigerat quam Sacramentum illud quo Christus continetur? ros illi quem tam multis votis ac desideris antiqui Patres concupierant. Sacramentum igitur hoc est singularis animæ medicina, contra passionum & perturbationum infirmitates. Quod autem cibus sit quo anima nutriatur & valentior fiat, dubitari non potest. Christus inquit: *Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus* Et rursum: *Panis quem ego dabo caro mea est.* Quare sicuti panis quem manducamus nutrit & roborat corpora nostra: ita caro Christi quæ nobis in hoc Sacramento datur, nutrit & robustiorem efficit animam.

Ioan. 6.

Hic, Anima Fidelis, est panis ille bis octus, quem sponsus tuus Iesus Christus tibi dum mare huius sæculi enavigas, partim ad alimentum, partim ad medicinam reliquit. Utere igitur illo, sed præmissa digna præparatione. Apostolus Paulus id monet, *Probet, inquit, seipsum homo,*

Eucharistia panis bis octus

1. Co. 10.

F 5 & sic

per-
min
sto
tan-
ho-
suis
iu-
nes
viru
stia
fi-
bus
am:
fa-
es.
non
nos
lu-
di,
do-
pe
ssi-
m.
m,
ce-
ca-
us

& sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit: non diiudicans corpus Domini. Restat alius adhuc modus passionum moderandi, qui consistit in virtutum exercitijs & actibus, quem quia sequenti versiculo continetur, in sequenti consideratione aperiemus. Versiculus autem sequens sic habet:

BONA CVNCTA POSCE.

Ad procellarum ac tempestatum quas passionum immoderatio in nobis excitat, mitigationem virtutes requiri.

CONSIDERATIO.

RERVM naturalium indagatores aiunt, contraria se mutuo pati non posse: calidum à frigido, & contra frigidum à calido expelli. Hinc est quod medici calidi alicuius humoris intemperiem temperare volentes, pharmaca frigida
exhi-